

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 22ra–22rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 10 [Gn. 9]

[10 § 1] ^aQuod scabinus non tenetur invenire sentencias extra iudiciales dies nisi in casibus^a

Nec castellano, nec sculteto tenetur scabinus, nec civis aliquam sentenciam extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum [a]ut vulnera mortalia, vel homicidia, aut furta [k. 22rb] seu alia criminalia.

[10 § 2] ^aPro debito omni die iudicatur^a

Castellanus et scultetus bene possunt omni die iudicare pro debito, pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem vel hospes contra <de hospite contra civem agente vel e converso pro debito ^b> civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus est, hoc bene potest iudicari sine mora. Et si uni adiudicatur debitum, habet solvere sequenti die, quod tenetur. Sed hospitem oportet iuramento probare, quod sit aliena et ita remote domicilium habeat, quod una die ad iudicium venire non possit. Hospes dicitur ille esse, qui videlicet xi miliaria suum domicilium habet et si pro aliquo datur vir alieni[g]ena per <Tradatur reus actorem in debito actus ad servandum ^b> manum in modum pignoris, iudex tenetur eum dare ad observandum, quousque debitum persolvat. Etiam non debet aliquis hospes nec aliena unus ab alio aliquod pignus actipere <Quomodo pignus actipitur ^b> pro debito quem fatetur, sed si hoc pignus recipit, hec debet iure obtinere <De pignore hospitis ^b> et acquirere in iudicio, sicut alii homines, exceptis si hoc pignus recipit cum prolocutione et exceptione.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b na marginesie

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, sąd]